sein est terra dea, ego sum dea, mortua non sum[2]. |
Rogo te, hospes, noli ossa mea violare. |
Mus, vixit annos XIII.

Romae (VI 35887 descr. Gatti Bull. com. 1887 p. 150). Buecheler carm. epigr. n. 1532. — 1) mieis *primum scriptum erat.* — 2) *Similiter VI 29609 = Buecheler carm. epigr. n. 974:* mortua hic sita sum, cinis sum, cinis terra est, terra dea est, ergo ego mortuua *(sic)* non sum.

8169 P. Aelio Sabino, q. vixit annos XXIIII dies XLV, | Antonia Thisipho mater filio pientissimo. | *Θάρσει*, | *Εὐγένει*[1]· | *οὐδεὶς* | *ἀθάνατος*.

Dertonae, sarcophagus in quo sculpta est fabula Phaetontis (V 7380 vidit Mommsen). — 1) *Eugenius signum fuit Aelii Sabini; cf. Wilhelm Bormannheft der Wiener Stud. p. 368.*

8170 d. m. | C. Licinio | Midoni | b. m. | Grania Epi|ctesis | fecit con|iugi dulci. | *Εὐ|ψύχι, Μίδων·* | *οὐδεὶς ἀ|θάνατος*[1]· | *καὶ ὁ Ἡ|ρακλῆς* | *ἀπέθα|νε.*

Romae (VI 21278 vidit Henzen). — 1) *Similia passim in inscriptionibus Graecis Italiae, cf. Inscr. Graec. Sicil. Ital. p. 762; Latinis litteris in titulo Ostiensi XIV 603:* eupsychi, Nicarete! udis athanatos *(Latine* eupsychi *VI 17212).*

8171 d. m. | Iulia Politice, | doe se | Osiris | to psycron | hydor.[1]

Romae, nunc Urbini (VI 20616 vidit Bormann). — 1) *Similiter Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1488: εὐψύχει, κυρία, καὶ δοί(η) σοι ὁ Ὄσιρις τὸ ψυχρὸν ὕδωρ; eadem ibid. 1782; 1842: ψυχρὸν ὕδωρ δοίη σοι ἄναξ κτλ. Cf. ibid. 2098: εὐψύχι μετα τοῦ Ὀσείριδος. Adde Revue archéol. 1887 I p. 199 n. 2, p. 201 n. 5.*

8172 rogo | ni | noceas.

Romae extra portam Latinam rep. (VI 6825 vidit Henzen).

8173 né tangito | ó mortalis, | reverére | manes deos.

Romae (VI 5075 vidit Mommsen; aliud exemplum VI 29948). Cf. Buecheler 16.

8174 Pontia Prima | heic est sita. | Nolei violare.

Romae (I 1081. VI 24752 servavit Ficoronius).

8175 Staberiae P. l. Florae ossa | heic sita sunt. | Rogo | te, mi | viator, | noli mi | nocere — rogo | te, mi | viator, | noli | mi | nocere[1].

Capuae (X 4352 vidit Mommsen). — 1) *In alio titulo Campano X 4055:* rogo te viator ni nocias meo.. (meos bono Genio *nonnulli, male).*

8176 ossa hic sita | sunt Auctaes | Apustiae Rufae qu|ae fuit; rogo per supe|ros, qui estis, ossa mea tueatis.

Romae, iam Veronae (VI 12802 vidit Mommsen).

8177 per deos superos | inferosque te rogo, ne | ossuaria velis violare. | M. Calpurnius M. l. Sulla. | Calpurnia M. l. Fausta, liberta.

In agro Tusculano rep. est Romae (XIV 2535 vidit Henzen).

archive.org